



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Spiritualis Thesaurus Missæ

Sánchez, Gaspar

Coloniae Agr[ippinae], 1619

C. 20. De Credo aut Symbolo Niceno quod in Missa canitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55223](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55223)

186 SPIRITUALIS
Missa legitur aut solenniter
cantatur, audiendum.

CAPVT XX.

DE C R E D O A V T S Y M
bolo Niceno quod in Missa
canitur.

Post Euangeliū certis qui-
busdam diebus, quas Ec-
clesia designat, quales sunt
Dominicæ, & alia festa solem-
niora in anno occurrentia, re-
citatur vel canitur Symbolum,
quod in Concilio Niceno cō-
positū est, & articulos fidei con-
tinet dilucidius paulò & aper-
tius declaratos: cuius lux adeò
est admirabilis, verbis vt expli-
cari nequeat; nec verò mirum
id est, cū doctrina sit fidelis,
cuius

THESAURVS MISSAE. 187

cuius solus Deus magister est,
& quam ipse docet, & vnicuiq;
in die quo baptizatur, in animã
infundit. De illa dixit Christus
ipse, venisse iam tempus, quo
verè diceretur Ioan. 6. *Et erunt
omnes docibiles Dei.* Vnde fit ma-
nifestũ, cum Deus Magister sit,
vna sola veritate ex omnibus
quas ipse docet, humanum in-
tellectum magis nobilitari &
ditari, quàm omnibus scientijs
mundanis. Ingens quidem the-
saurus est sapientia: quam ta-
men Deus docet, eiusmodi est,
vt quod naturaliter homines
simul & Angeli consequi pos-
sunt, nihil omninò sit cum vna

Q 4 sola

fola fidei veritate cōparatum.
Dedit hoc intelligendum Pe-
tro Saluator noster, quādo cō-
fidenti Apostolo Matth. 6. Tu
es Christus filius Dei viui, ilicō re-
spondit, *Beatus es Simon Bario-
na, quia caro & sanguis non reue-
lauit tibi, sed pater meus, qui in cœ-
lis est.* Quapropter longè beator
est vetula quædam Christiana,
& plura ex solo suo catechismo
nouit; quàm omnes Philoso-
phi veteres cognouere. hi quip-
pe caput & cerebrum torse-
runt, inquirentes in principium,
quod mundus hic habuit; hinc
in eas deuoluti sunt ineptias, &
quidem ad eò cum ratione pug-
nantes, vt risum potius, quàm
hoc

THESAURVS MISSAE. 189

hoc referri loco mereantur. Quin etiam illorum omnium princeps docere nō erubuit, *Ex nihilo nihil fit*: imò verò sibi ipse persuasit, mundum hunc æternum fuisse, & omnis principij expertem. Cæterum si quis à vetula quapiam modò petat, ecquod mundus habuerit initium, respondebit ilico, hinc è nihilo à Deo conditum esse. Nouit quis sit Deus, nouit Dei filium hominem factum esse, mortem oppetisse, & à morte rediuiuum resurrexisse, & ad iudicandum aliquando venturum. Nouit, quò boni, quò mali deuenturi sint: nouit, in quibus animæ salus sita sit, quibus
ea cu-

ea curanda sit medijs dum agra
est, quo etiam sit sustentanda
cibo. Cæterum dum Symbolū
in Missa audimus, vel recita-
mus, eiusdem veritates tam fir-
miter in animo nostro solide-
mus, vt si se obtulerit occasio,
vitam pro earundem defensio-
ne exponamus; interim cum
ea nobis felicitas non obtingat,
eam totā diuino obsequio im-
pendamus, atque ex toto corde
Deo dicamus, pro fidei huius
confessione Domine vitam nō
expono, vt S. Laurentius in cra-
ticula; neue faxis adobrutus, vt
S. Stephanus, sed longè inferio-
ri ratione eam tibi offeram fru-
statim ac per partes, vnâ vitæ
horâ

THESAURVS MISSAE. 191

horâ in oratione, aliâ in Missa,
aliâ in rosario decurrendo, aliâ
in officij mei obligationibus
adimplendis. Et est sanè res cõ-
ploratione digna, quòd, cū vita
maximum sit bonum, quod in
hoc mundo habemus, & pecu-
nia è minimis, vt quadrantem
vel regalem expédamus, videamus
& peruideamus quam in
rem expendatur, tot vitæ tamẽ
horas tam inutiliter atque ina-
niter consumamus. Vtile etiam
fuerit, iuxta hoc D. Petri con-
siliũ 1. Pet. 5. *Aduersarius vester
diabolus, tanquã leo rugiẽs circuit,
querens quem deuoret, cui resisti-
te fortes in fide; ad fidei verita-
tes*

tes recurrere, quando ad peccandum inuitans occurrerit cogitatio, dicendo: Tã bonũ Deum numquam offendam. Mortuus enim est Christus, ne ego post hac peccarem: si pecco, animam meam interficio, mors mihi imminet, & pœna sempiterna manet eum, qui vel vnum delictum lethale admiserit, &c.

CAPVT